

parvis verò dicitur φιλοποίia, qua notatur amor nimius  
 honoris, quamvis vox hēc, ut dictum est, etiam in bonam  
 partem accipi possit. Honorem expetere licet, nempe  
 verum, & qui sit virtutis nostræ justum præmium. Inju-  
 stus enim honor est, quicunque supra meritum & digni-  
 tatem expetitur, aut tribuitur, & talis honor magis obesse  
 solet, quam prodesse. Sint igitur hæ cautions: 1. Quare  
 honoremur. 2. A quo honoremur; non à quovis, sed à  
 laudato. 3. Ut per honores ad majus virtutis studium in-  
 cendamur. Ambitious verò horum nihil observat, id  
 quod fieri videmus in gloriosis Thrasonibus, qui modò  
 laudentur, satis ipsis est, sive à gnathonibus, sive ab aliis  
 quibuscumque nebulonibus. Inspiciatur Thraso in Te-  
 rentii Eunicho. Exemplum habemus in parentibus  
 primis, qui ambitione elati æ qualitatem cum Deo spera-  
 bant, sed infelicissimo eventu. Qui enim cupiebant esse  
 ἀνδρες, facti sunt cum omnibus suis posteris μισθέοις. Abi-  
 melechus filius Gideonis ex concubina 70 fratres super  
 unum lapidem interfecit, excepto uno Jotham, ut nimi-  
 sum solus dominati posset, Judic. c. 9. Ambitiousissimi fue-  
 runt Herodes, indeque crudelissimi. Namque Ascalonita  
 necat pueros, Antipa Johannem, Jacobum Agrippa, tenet  
 hic in carcere Petrum. Imò Herodes Agrippa Deum fe-  
 salutari à subditis suis passus est, Actor. 12. vers. 21. &c.  
 Quapropter ab Angelo Domini percussus phthiriasi e-  
 moritur. Alex. M. fastidivit patrem Philippum, & se Jovis  
 Hammonis filium esse gloriatus est; Justinus lib. II. Qui  
 monstrosa ambitionis exempla cupit, legat vitas Ponti-  
 ficum Romanorum: Hadrianus I. V. indignabatur Fri-  
 derico Imp. imò exprobrabat, quòd sibi de jumento de-  
 scendentí non sinistram, sed dextram porrexisset. Alexan-  
 der III. iniquus in Fridericum Barbarossum erat. Hic  
 enim à Pontifice excōmunicatus, quum supplex ei fieret  
 Venetiis, Pontifex non contentus Imperatoris modestiā,  
 pedem collo Imperatoris imposuit, & à quodam sacri-  
 ficulo acclamari jussit ex Psal. 91. Super apidem & basi-  
 lisum ambulabis, & conculabis leonem & draconem. Im-  
 perator

## Ambitionis Exempla.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.